



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De subita morte cuiusdam Conuersi conspiratoris, cap. 57.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Diuino igitur nutu factum est, ut ambo uno die more rentur; & quia de vna erant parœcia, nomine Nueenkirchen, quia sic Domino placuit, qui per illos dissensionis malum ostendere voluit, in vna fossa corpora eorum sunt posita. Mira res & inaudita, cunctis qui aderant videntibus, corpora eadem dorsi verterunt ad inuicem, capitibus, calcibus, ipsisque dorsis tam impetuose collidentibus, vt caballos indomitos patares. Mox vnum extrahentes, remotius in alio sepulchro tumulauerunt, & facta est rixa eorundem mortuorum, causa pacis & concordie viuorum. APOLLON. Puto animas eorum magnam habuisse in infernorum. CÆSARIUS: De hoc quæstio nulla est. APOLLONIUS: Si Deus sic discordias, rixas, & iras punit in secularibus, puto quod eadem vitia plurimum abhorreat in personis claustralibus. CÆSARIUS: Hoc vno ubi ostendam exemplo.

CAPVT LVII.

Non est diu, quod in quadam domo ordinis nostri, ædificium quoddam ad usum monachorum factum est: quod quidam Conuersorum videns, & inuidens, diabolo cor eius inflammante, aliquos ad dejectionem eiusdem operis incitauit. Qui cum venissent cum instrumentis suis ante refectorium monachorum, auctor tantæ conspirationis corruit, & expirauit. Quo viso, cæteri valde timentes, cum multa festinatione & humilitate, venerunt ad pedes Abbatis, peccatum suum confitentes, à quo pœnitentia suscepserunt; corpus vero conspiratoris in campo sepultum est. Postea ad petitionem Conuersorum, sicut nobis retulit Abbas noster qui audiuit, prædictus Abbas petivit veniam in capitulo generali, vt liceret ei corpus projectum ponere in coemiterio; sed non recordor, vtrum fuerit ei concessum vel negatum. Refram tibi nunc aliqua exempla de vitio luxuriæ, qua luxuriosos satis queant terrere.

CAPVI